



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Metropolis Salisvrgensis**

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Praepositis Collegiatae Eccles. S. Andreeae Frisingae addatur fol. 109. Tom.  
II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Paci quoque & tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras tocerum, sanguinariarum vestrarum nullus rapinem seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam, audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ecclesiæ vestrae concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactiorum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, & presentis scripti priuilegio communismus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfata Ecclesiæ temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quoq; orum gubernatione & sustentatione concessa sunt vobis omnimodis profutura. Salvu sedis apostolice auctoritate & Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundò certio-  
ne commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamq; se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscatur, & a sacratissimo corpore ac sanguine D EI & Domini redemptoris nostri aliena fiat, atque in extremo examine districta subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient & apud distri-  
ctum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiæ Ep̄s ff.

¶ Ego Rainaldus Ostien. & Vellæ Episcopus ff.

¶ Ego Stephanus Prenestinus Episcopus ff.

¶ Ego Stephanus S. Mariæ trans Tiberim tt. Calixti presb. Card. ff.

¶ Ego frater Iohannes tt. S. Laurentij in Lucan. presb. Card. ff.

¶ Ego frater Hugo tt. S. Sabinæ presb. Card. ff.

¶ Ego Riccardus S. Angeli Diac. Card. ff.

¶ Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ff.

¶ Ego Wilhelmus S. Eustachij Diac. Card. ff.

¶ Ego Octobonus S. Adriani Diac. Card. ff.

Datum Assisi per manum Guillii Magistri scholarum Parmen. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice Cancellarij, IV. Non. Maij, Indiction. XII. Incarnation. Dominica Anno M. CC. LIV. Pontificatus vero Domini Iancencij Papæ IV. Ann. undecimo.

Præpositis Collegiatæ Eccles. S. Andreæ Frisingæ  
addatur fol. 109. Tom. II.

FRIIDERICVS Præpositus circ. an. 1228.

S. PETRI in Monte MADRON Præpositis addendus:

ERASMVS Meringer, Bauariæ Ducis Stephani Senioris Cancellarius Ca-  
monicus Frisingen. & Parochus Burckhusianus an. C. 1367. Tom. III. pag. 98.

Moder.


<sup>110</sup> Modernus Præpositus Dominus WOLFGANGVS Castner de Schnaitenbach, SS. Theolog. Doct. Sereniss. Boior. Duc. à Consil. Canonicus & Senior Ducal. Ecclesiæ Collegiatæ ad D. Virgineum Monachij bene de omnibus me titus.

Collegiatæ Eccles. S. Sixti in Schliersee,

<sup>111</sup> ORTWINVS Præpositus circ. an. 1198.

Collegiatæ Eccles. S. Viti Frising.

<sup>112</sup> CHVNRADVS Præpos.  
<sup>113-115</sup> VLSCALCVS Præposlan. 1228.



INDEX